Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



58

uitę frib; uel diuinas lectiones exponere. uel de aliquibus
questionibus salubriter disputare. Quando enim non omnes
possunt securi suboptentu omis uacare uolunt. quamquam et
si omis possint uicissim facere deberent. non solum necessari
ne necessariis operibus occupentur. sed etiam quia sufficit ut audien-
tibus pluribus unus loquatur. 9 Vt hi qui uere corpore
sunt infirmi humane tractentur. simulantes uero di iudicio di-
mittantur. Qui enim ueram corporis infirmitatem ostendit. humane tractandus est; Qui autem falsam pretendit et
conuinci non potest. do dimittendus est; Neuter tamen eorū
periculosam regulam fugit. quia bonus seruus di et manifesto in-
firmo seruit fratri suo. et fallenti cum credit quia malum eum non pu-
tat. non imitatur ut malus sit. et si non credit fallacem putat. ac nihi-
lominus non imitatur; 10 De his qui ex rusticana uita uel ex ser-
uili conditione ad spiritalem professionem ueniunt. ut nullo male disci-
plinę umbraculo se contegant. nec per simulatam infirmitatem cor-
poris se e manuum operatione excusent; Dinumeratio quoque uitio-
rum. quibus si otio uacauerint obruantur.
Nunc autem ueniunt plerumq; ad hanc professionem seruituris
di et ex conditione seruili. uel alia liberti. uel propter hoc a
dominis liberati siue liberandi. et ex uita rusticana et opificum exer-
citatione et plebeio labore. tanto utique felicius quanto fortius
educati; Qui si non admittantur. graue delictum est; Multi ex
eo numero uiri magni et imitandi extiterunt. Nam propter ea in-
firma mundi elegit ds ut confunderet sapientes. et ignobilia mun-
di et ea quę non sunt tamquam sint. ut ea quę sunt euacuarentur.
Vt non gloriatur omis caro apud dm; Hęc itaque quia sca cogita-
tio facit ut etiam tales admittantur. qui nullum afferant mutate
in melius uite documentum; Neque enim apparet utrum ex
proposito seruituris di uenerint. an uitam inopem et laboriosam
fugientes uacui pasci atque uestiri uoluerunt. Tales ergo quo si
quo minus operentur. de infirmitate corporis excusare non posse.
Preterire quippe uite consuetudine conuincuntur umbracu